FLORA

71. Jahrgang.

Nro. 2. Regensburg, 11. Januar **1888.**

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. XXVII. — Literatur. — Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XXVII.

1215. *Sphaerophoron complanatum* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 654, e specim. orig. est *Sphaerophoron australe* Laur. in Linnaea 1827 p. 44, sed incomplete evolutum, sterile, laciniis nunc subintegris, nunc superne palmatim aut aliter dissecto-lacinulatis. — Ad Cap Horn: J. D. Hooker (in hb. Tayl.).

1216. *Sphaerophoron curtum* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 654, e specim. orig. idem est ac *Sphaerophoron coralloides* v. *congestum* Lamy Cat. p. 13 et dein nominandum est *Sph. globiferum* DC. v. *congestum*. — Habitu ad *Sph. fragile* Pers. accedit, at ramuli irregulariter et subfasciculatim siti, inaequales, paullo graciliores, et validiores quam in *Sph. polyclado* Müll. Arg. — Est forma valde abbreviata, circ. 1—1½ cm. alta, dense congesta, sterilis tantum visa. — Ad Lord Auklands group: J. D. Hooker (in hb. Tayl.).

1217. *Sphaerophoron australe* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 653 (non Laur. 1827), e specim. orig. idem est ac *Sphaerophoron polycladum* Müll. Arg., s. *Sph. tenerum* v. *polycladum* ejusd. Lich. Gazelle p. 50.

1218. *Cenomyce hirta* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 185, jam antea a cl. Nyl. Syn. p. 409 recte ad *Physciam*

intricatam v. *ephebeam* relata fuit. — Ad Casapi Peruviae (vidi specim. orig. sterilia in hb. Tayl.).

1219. *Cenomyce diatrypa* Tayl. in Journ. of Bot. 1847 p. 186, ad Macquairy's River Australiae lecta, (ex specim. orig.), nil est nisi *Clathrina aggregata* Müll. Arg. s. *Cladonia aggregata* Eschw., quae in Australia species vulgatissima, sed etiam altero specimine admixta adest *Ramalina dendriscoides* v. *minor* Müll. Arg. Diagn. Lich. socotr. p. 2, quae prima fronte similis, at non perforata, nec intus cava. — Vidi specim. hb. Tayl.

1220. *Cenomyce capitellata* Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 652 (lapsu sub *Cen. capillata*), s. *Cladonia capitellata* Babingt. Lich. New-Zeal. p. 32 t. CXXX fig. B, sed planta in icone citata nimis rigidula. — Podetia sqamulis raris parvis adspersa sunt. — Species ludit scyphulis vulgo indistinctis aut vix distinctis aut hinc inde bene perspicuis et vulgo radiantibus. Pulchella species. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl. et Babingtoniano.

1221. *Cenomyce sphaerulifera* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 185, ad Demerara in Guyana anglica a cl. Parker lecta, eadem est ac *Cladonia pulchella* Tuck. Suppl. 1 p. 427 et Syn. of North-Americ. Lichens p. 254, s. *Cl. muscigena* Eschw. v. *pulchella* Tuck. in Willey Cat. p. 18. — Thalli laciniae crenatae et lobatae. — Podetia circ. 10—13 mm. longa, in superficie subnuda decorticata partim granuloso- et squamuloso-aspera, fere omnia simplicia et fertilia. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1222. *Cenomyce sarmentosa* Hook. f. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 651, e specim. orig. auklandico, est var. distincta *Cladoniae squamosae* Hoffm.; sit *Cl. squamosa* v. *sarmentosa* Müll. Arg.: podetia $1^1/_2$—3 cm. longa, gracilia, fere omnia simplicia, sensim subulato-acuminata, rarius bifurcata, granulato-v. basi subsquamuloso-vestita, superne decorticata et cartilaginea, ubique sparsim granulato-aspera; scyphuli angusti, irregulares, minute polycarpici. — Habitu *Cladoniam fimbriatam* v. *subulatam* Schaer. simulat, sed podetia superne non pulverulenta, scyphi centro aperti et vestimentum ut in *Cl. squamosa* v. *scabrosa* (*Cenomyce squamosa* v. *scabrosa* Delise in Duby Bot. Gall. p. 626). — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1223. *Cenomyce rigida* Hook. f. et Tayl. in Hook. Lond.

Journ. of Bot. 1844 p. 652, e specimine auklandico nil est nisi status substerilis sat compactus *Cladoniae squamosae* Hoffm. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1224. *Cenomyce acuta* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 186 (a cl. Nyl. Syn. p. 196 in notula pro forma *Cl. fimbriatae* sumta) e specim. in Pacific insulis lecto sit *Cladonia squamosa* Hoffm. v. *acuta* Müll. Arg., quae habitu etiam ad *Clad. fimbriatam* v. *adspersam* Tuck. valde accedit, at validior (semipollicaris et humilior), hinc inde lacerato-hians et podetiorum apices haud nudati v. saltem non farinulenti, magis cartilaginei, subulato-acuminati, recti et subdeflexi, haud raro confertim acute ramuligeri. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1225. *Cenomyce phyllophora* Hook. f. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 652, sit *Cladonia squamosa* v. *nana* Müll. Arg.; thalli laciniae magnitudine et forma variae, crassiusculae; podetia 4—6 mm. tantum longa, crassa, simplicia et 2—3-fida, granulis corticalibus crassiusculis v. hinc inde subfoliaceo-evolutis incomplete vestita, caeterum decorticata; ramuli acutiusculi, subdivisi; scyphuli subindistincti, valde microcarpici. — Ad var. *acutam* (Tayl.) Müll. Arg. accedit, sed adhuc minor, grossius subgranoso-vestita et foliola thalli majora. Ex indumento podetiorum et apotheciis novellis certe est hujus speciei, at specimina eximie macra sunt. — In Kerguelensland: Dr. J. D. Hooker (vidi specim. orig. in hb. Tayl.).

1226. *Cenomyce ustulata* Hook. f. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 652, sit *Cladonia fimbriata* Hoffm. v. *ustulata* Müll. Arg. Habitus praeter colorem magis obsurum omnino ut in *Cl. fimbriata* v. *fibula* Schaer. Enum. p. 190; thallus rigide microphyllinus, podetia circ. $1^1/_2$ cm. longa et breviora, $^2/_3$—$1^1/_4$ mm. lata, subaequaliter cylindrica, apice breviter et obtuse acutato ustulato-nigrata et laevigata, caeterum pulveracea et minute granulosa et obscure cinerea, undique decorticata. — Planta sterilis, a *Cl. fimbriata* nullo charactere distinguenda est. — In ins. Falkland: J. D. Hooker (vidi specim. orig. in hb. Tayl.).

1227. *Stereocaulon Argus* Hook. f. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 653, ex insulis antarcticis Campbell, duas species, ut jam exposuerunt Th. Fries et Nylander, continet, sc. *Argopsidem megalosporam* Th. Fr. et *Stereocaulon ramulosum* v. *macrocarpum* Bab., Nyl., seu *St. Argus* Th. Fries, quae in hb. Tayl. commixtae adsunt, et primo in-

tuitu bene consimiles sunt, etiamsi caeterum valde diversae. Descriptio primitiva essentialiter, ob apothecia extus (fulvo-) lutescentia et verrucosa, concava, ad *Argopsidem* scripta erat, sed apothecia demum convexa e *Stereocaulo* desumpta sunt. Prioris sporae sunt magnae in ascis revera solitariae (raro geminatae) et demum creberrime parenchymatoso-divisae, posterioris autem anguste fusiformes, simpliciter transversim divisae. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

Obs. Quod in Lich. Gazelle p. 54 ex insulis Kerguelen sub *Argopside Friesiana* descripsi, species omnino diversa est et synonymon l. c. allatum delendum est. Ambae sat similes sunt, sed *Arg. Friesiana* a praecedente differt apotheciis tenuioribus et sublatioribus, subnigris, dorso haud fulvo- v. ferrugineo-flavicantibus ibidemque sulcatis nec cancellato-verrucosis et sporis pluries minoribus et octonis nec solitariis, laxe tantum nec creberrime parenchymaticis.

1228. *Baeomyces hyalinus* Tayl. in Hook. Journ. of. Bot. 1847, jam a cl. Dr. Nylander Syn. p. 186, iterum sub *Thysanothecio hyalino* Nyl. expositus fuit. — E variis regionibus Australiae recepi. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1229. *Baeomyces capensis* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 186, e specimine capensi est antiqua *Lecidea halonia* Ach. Meth. p. 47, Univers. p. 163 et Syn. p. 23, s. *Buellia halonia* Tuck. Lich. of Calif. p. 26. Epithecium olivaceo-nigrum, hypothecium strato crasso olivaceo-fusco-nigricans; asci 8-spori; sporae circ. 10—12 μ longae, 6—7 μ latae, medio modice aut non constrictae, utrinque late obtusae. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1230. *Usnea Taylori* Hook. f. apud Hook. et Tayl. Lich. Antarct. in Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 657, est *Neuropogon Taylori* Nyl. Syn. p. 273, at in genere *Usnea* retinenda est (vidi specim. Tayl. a cl. Dr. Hooker lectum).

1231. *Usnea tumidula* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 191, est forma gracilior *Ramalinae ceruchis* De Not., Nyl. Recogn. Ramal. p. 8 et 9, ubi jam antea a cl. Nyl. relata fuit. Specimina originalia a Cumingio prope Coquimbo lecta undique laevia v. basi tantum obsolete lacunoso-impressa sunt. Sit *Ramalina ceruchis* β. *gracilior* Müll. Arg.

1232. *Usnea angulata* Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 658, est eadem ac homonyma et simul synonyma *Usnea angulata* Ach. Syn. p. 307 (ad specim. Tayl.).

1233. *Usnea pectinata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 191, e montibus Sylhet Indiae orientalis, est ipsissima *Usnea longissima* Ach. Univ. p. 626 (ad specim. orig. Tayl. in hb. Tayl.).

1234. *Usnea nidifica* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 191, nunc *Usnea plicata* v. *nidifica* Müll. Arg. L. B. no. 805, e specimine orig. Tayl. a normali *Usnea plicata* Hoffm. non differt, nisi in eo, quod ramilli hinc inde niduloso-conferti. Tota longe pendula et praeter nidulos sparsim ramuli- et ramilligera. Sterilis tantum visa est. — In alio specimine ex insula Sanctae Helenae (Pic de Diane) adsunt niduli 2—3-plo ampliores. — In ins. Norfolk (ad specim. hb. Tayl.).

1235. *Usnea flexuosa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 192, a cl. Nyl. Syn. p. 269 infauste ad *U. barbatam* v. *ceratinam* Schaer. relata, sit *Usnea plicata* v. *flexuosa* Müll. Arg., a forma genuina specei paullo recedens: ramis brevioribus, subflexuoso-implexis et procumbentibus, crebrius et tenuius ramuligeris. Apothecia tenuia, demum albido-pruinosa. Sporae 8—11 μ longae. — Habitu ad *U. barbatam* v. *floridam* Fr. arcte accedit, sed magis implexa et superficie laevis est. Prope Quito: Jameson (ad specim. orig. in hb. Tayl.), et in Abyssinia: Steudner.

1236. *Usnea compressa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 192 est eadem ac *Usnea barbata* v. *cinchonarum* (Fée) Müll. Arg. L. B. no. 1065, saltem quoad specim. Norfolkianum et descriptionem, sed in diagnosi etiam adsunt characteres qui ad *Usneam plicatam* v. *articulatam* Müll. Arg. L. B. no. 805 (e territoriis citatis Nepal aut e Mysore) spectare videntur. Specimina haec asiatica non vidi. — Ad specim. orig. Tayl. ex ins. Norfolk.

1237. *Usnea scabrida* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 193, nunc *U. barbata* v. *scabrida* Müll. Arg. Lich. Nov. Gran. no. 20, e speciminibus Taylorianis, ut jam antea e descriptione tantum intellexi, bene est illa varietas in tropicis sat vulgaris, quae fere var. *strigosam* Krplh. refert, sed apotheciis demum amplis, supra glauco- v. subcaesio-albidis, subtus plus minusve armatis distinguitur. Sporae late ellipsoideae, 10—12 μ longae. — Ad specim. hb. Tayl.

1238. *Usnea miliaria* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 192, eadem est ac *Usnea barbata* v. *aspera* Müll. Arg. Revis. Lich. Mey. no. 2, sc. *Parmelia coralloides aspera*

Eschw. Brasil. p. 227. Est erecta, crebre et rigidule verrucoso-papillosa. — Prope Arica (Chili): Cuming no. 1477 (ad specim. orig. Tayl.).

1239. *Usnea densirostra* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 192, quam jam antea sub *Usnea barbata* v. *densirostra* Müll. Arg. L. B. no. 234 habui, circa Montevideo et Buenos Ayres vulgaris est et etiam in Brasilia australiore et in Madagascaria occurrit. A proxima *U. barbata* v. *strigosa* Krplh. praeter substratum inorganicum in eo differt quod ramorum strigae validiores, longiores et magis adscendentes sunt. Hoc ultimo charactere planta quodammodo specifice distincta primum apparet, sed formae intermediae ex iisdem locis adsunt quae separationem vetant. — Ad specim. orig. Tayl.

1240. *Ramalina pellucida* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 190, est *R. Eckloni* v. *membranacea* Müll. Arg. L. B. no. 818, sc. *R. membranacea* Laur. — Sporae validae, rectae et leviter curvulae ut in formis normalibus specei. — Vidi specim. orig. brasiliense in hb. Tayl.

1241. *Ramalina prolifera* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 189, sit *R. Eckloni* Montg. v. *elongata* Müll. Arg.; laciniae thalli elongatae, semipedales et ultra, longo tractu subaequilatae, diametro circ. 5—10 mm. aequantes, apice acuminatae aut inciso-divisae, caeterum parce ramosae, superne subinde prolificando lacinias iterum latiores aut angustiores, variiformes emittentes; tota undique opaca, nec nitidule striato-nervulosa; apothecia et sporae ut in planta genuina speciei, hae vulgo rectae v. pro minore parte curvulae. — Ad *R. lanceolatam* Nyl. proxime accedit, sed sporae validiores. — Superficies thalli plantam specifice non separare potest a *R. Eckloni,* ubi hic character non parum ludit, interdum in uno eodemque specimine. — Ad Uruguay River: Baird (vidi specim. orig. in hb. Tayl.), et ex eadem regione etiam misit Prof. Schnyder.

1242. *Stictina impressula* Müll. Arg., fere omnino conveniens cum *Stictina cinnamomea* (Rich.) Müll. Arg. L. B. no. 561, sed minus firma, subtus medio tomento atro-fusco, demum secedente et faciem ibidem nigrescentem denudante praedita et supra demum impresso-punctata, ambitus loborum et dissectio marginalis caeterum congruunt; apothecia (unicum visum) $3^1/_2$ mm. lata (i. e. in genere majora), arcte adnata, tenuiuscula et tenuiter marginata; margo nanus et integer,

laevis; sporae circ. 32 μ longae et 10 μ latae, fusiformes, fuscidulae, 2—4-loculares. — Punctis depressis et habitu ad *St. Junghuhnianam* Müll. Arg. L. B. no. 394 accedit, sed apothecia alia et pseudocyphellae minores ut in *St. cinnamomea* Müll. Arg. et *St. fragillima* Nyl. Color thalli e flavescente demum saepe luridus. — In monte Belenden-Ker, sc. in Australiae reg. Queensland: Sayer.

1243. *Stictina fragillima* Nyl. v. *linearis* Müll. Arg.; laciniae thalli 1—2$^1/_2$(—3) mm. latae, elongatae (more *Stictae dichotomae* Del., sed valde angustatae, laeves vel demum modice scrobiculato-inaequales, subtus glabrae v. medio minute puberulae. Formis intermediis cum *St. fragillima* v. *glaberrima* (Bab.) Müll. Arg. L. B. no. 562 bene conjungitur. — In monte Bellenden-Ker, in Australiae territorio Queensland: Sayer.

1244. *Sticta Sayeri* Müll. Arg., thallus breviter stipitatus, profunde palmatim anguste partitus, 4—8 cm. longus; stipites 1—1$^1/_2$ cm. longi; laciniae cum lobis 1—2 cm. latae, parum divisae, at tota longitudine obtuse pennatilobae v. lyrato- lobatae, sinubus late obtusis et lobis triangulari-ovatis abbreviatis, tota virenti-flavescens, firma, haud rigida, supra laevis, subtus pallidior et undique subreticulatim costato-inaequales et basin versus incrassato-costata, undique glabra; apothecia marginalia et sparsa, 2—3 mm. lata, adpressa, brunneo-fusca, plana, margine obtuso sed tenui demum crebre ruguloso cincta; sporae 8-nae, fusiformes, circ. 40 μ longae et 10 μ latae, hyalino-fuscae. — Habitus ut in *St. carpolomoide* Nyl., sed thallus supra laevis et facie infera et glabritie alius, et cyphellae multo minores; facies inferior fere ut in chilensi *St. lineariloba*, at ramificatio longe diversa. — In monte Bellenden-Ker (Australiae orientalis): Sayer.

1245. *Sticta bicolor* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 183, e Serra Orgaos Brasiliae, s. Organ Mountains, ubi a Gardner lecta, fertilis, est omnino normalis *Stictina tomentosa* Nyl. Syn. p. 343. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1246. *Sticta nitida* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 178, ex insula Chiloë, ubi a Cumingio lecta et sub no. 1450 missa, est bona et jam antea a cl. Nyl. admissa (Syn. p. 359) et iterum tractata species, quae in tota serie citrino-pseudocyphellatarum jam thallo profundissime anguste laciniato et laciniis supra laevibus facile distinguitur. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1247. *Sticta lacunosa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 180, in Brasilia a Leyland lecta, fertilis, est eadem ac *Parmelia erosa* Eschw. Bras. p. 211, nunc *Ricasolia erosa* Krplh. Lich. Glaz. p. 15 nuncupata. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1248. *Sticta Leylandi* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 179, in Brasilia a Leyland lecta, fertilis, est perfecte eadem planta quam antea sub *Eriodermate americano* in meis Lichenolog. Beitr. no. 173 edivi, hucusque prope Apiahy in Brasilia et prope Orizabam in Mexico lecta et cujus nomen specificum prioritatis causa mutandum est in: *Erioderma Leylandi* Müll. Arg.

1249. *Parmelia patinifera* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 172, ex Organ Montains Brasiliae, fertilis: Gardner no. 1002, est *Ricasolia sublaevis* Nyl. ap. Krplh. Prodr. Lich. Mader. p. 231, et quidem forma, quam antea in L. B. no. 179 sub *R. erosa* v. *laevi* distinxi, apotheciis majoribus in margine demum late lobulatis ornata, sed haec revera nil est nisi status magis evolutus *Ricasoliae sublaevis* Nyl., geographice latissime dispersae (in America calidiore vulgaris, et etiam in ins. Mauritius et in Australia lectae) et haud ulterius ab ea segreganda est. Specimina enim coram habeo varia quae formam utramque simul ostendunt. — Nomen specificum Taylori prioritate gaudet et planta dein *Ricasolia patinifera* Müll. Arg. nominanda est. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1250. *Parmelia cristifera* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 165, e specim. calcuttensib. steril. et brasiliensibus fertil. eadem est ac *Parmelia latissima* f. *sorediata* Nyl. Syn. p. 380. Sporae visae circ. 20 μ longae, non bene evolutae jam valide pachydermeae. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1251. *Parmelia fistulata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 168, jam a cl. Nyl. (Syn. p. 387) ad *P. Kamtschadalem* relata, e specim. orig. sit *Parmelia Kamtschadalis* v. *fistulata* Müll. Arg., a forma primitiva Kamtschatica (a Chamisso lecta in hb. meo) nonnisi in eo recedens, quod laciniae supra convexiores, quasi semicylindricae et in margine sat copiose et longe rhizinoso-atrociliatae (subtus undique vestitae). — Vidi specim. orig. in hb. Tayl., e regione Montevideo et Buenos Ayres a Darwin et Tweedie lecta, et alia ibidem a Prof. Arechavaleta et Prof. Schnyder lecta.

1252. *Parmelia limaeformis* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 170, e specim. chiloënse a Cuming lecto, sterili

eadem est ac *Evernia americana* v. *arrhiza* Mey. et Flot. Act. Leopold. 1843 p. 211, sc. *Parmelia Kamtschadalis* v. *arrhiza* Müll. Arg. Revis. Lich. Mey. no. 7. — Est minor et gracilior qum forma normalis, subtus margine ciliis fere omnino destituta, supra plus minusve furfuraceo-scabra aut laevis. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

(Schluss folgt.)

AGRICULTURAL
EXPERIMENT STATIO
DEC 1 1888
UNIVERSITY OF ILLIN

Literatur.

Die Flora der ägyptisch-arabischen Wüste auf Grundlage anatomisch-physiologischer Forschungen dargestellt von Dr. Georg Volkens. Mit 156 S. Text u. XVIII lith. Tafeln. Berlin 1887, Gebrüder Borntraeger (W. Eggers).

Jeder Pflanzenanatom und -Physiologe, welcher Grisebach's klassisches Werk „die Vegetation der Erde nach ihrer klimatischen Anordnung“ aufmerksam gelesen hat, dürfte beim Studium jener Stellen des Buches, wo der Verf. die Uebereinstimmung zwischen den klimatischen Verhältnissen und den ihm bekannten (meist makroskopischen) Organisationsmerkmalen der betreffenden Pflanzenformen nachzuweisen sucht, den Eindruck des Ungenügenden und Unzulänglichen gehabt haben. Die wichtigste „Hülfswissenschaft“ für diese Art der pflanzengeographischen Forschung, die physiologische Pflanzenanatomie, musste eben erst geschaffen werden und über die ersten Anfänge hinaus sein, bevor man mit einiger Aussicht auf Erfolg an ein derartiges „Erklären“, wie es Grisebach vorgeschwebt hat, gehen konnte. Das obengenannte Werk von G. Volkens bildet nun den ersten grösseren Versuch, die Flora eines bestimmten, in Bezug auf Bodenbeschaffenheit und klimatische Verhältnisse scharf charakterisirten Vegetationsgebietes vom Gesichtspunkte der Anpassung aus einer möglichst erschöpfenden Analyse zu unterwerfen. Im Ganzen und Grossen darf der Versuch als wol geglückt bezeichnet werden, wenn auch dem Werke Mängel anhaften, die nicht blos davon herzuleiten sind, dass es sich hier eben um einen ersten Versuch handelt.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1888

Band/Volume: 71

Autor(en)/Author(s): Müller Johannes

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller 17-25